

absentiū famæ, solus conticeceret, interrogatus, Cur id faceret? Quia locutum, inquit, me aliquando pœnituit, tacuisse nunquam: Laudatum hoc à sapientibus responsum mihi plenius probaretur, si sermonum sæpè, taciturnitas raro pœnituisse dixisset.

## HERACLIDES.

**H**eraclides ait: In idem fluven bis descendimus & non descendimus: Sapienter id quidem, sed tam breuiter, quam obscurè: Nempe cui hoc esset propositum, & qui cognomē ab obscuritate meruerit, cæterum incomprehensibilem temporis fugam, hoc eloquio significare voluit, quæ quoniam in flumine sensibus apertior est idcirco de flumine loqui maluit, ex quo digressus, & si confessim vnde emerit redeat, nomen quidem fluminis idem, aquam mutatam reperit: Rectè igitur in flumen & descendisse, & nō in idem, sed in aliud dici potest descēsse: Hominis autē, & si parumper occultior, nihil sammē moderationis fuga est: fugit enim non fluminis tantum more, sed limus & umbra tenuis fuimus, & sumus Euro voluc-

te